



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Decretum seu Præfatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10502

ab Episcopo aliquando mutari: ideo & Synodo dioecesana, & in Concilio provinciali, illud decreto cauimus, ut singulis annis, vel in ipsa Synodo dioecesana, vel ineunte Ianuario, casuum, quos sibi Episcopus eo anno reseruari expedire iudicauerit, reseruatio promulgetur, quod plenius casus eos reseruatos confessarii perpetuo norint. Quamobrem hos ordine infra descriptos, quos hoc anno nobis reseruamus, iam nunc promulgamus. Hanc verò casuum reseruatorum promulgationem, etiam post hunc annum tamdiu quoad altera proxima fiet, robur, vimque habere ex decreto dioecesano, ac provinciali statuimus. Ab ijs verò casibus nemo cuiusvis ordinis confessarius, etiam praetextu cuiusvis priuilegii, quemquam sine facultate à nobis data absoluat.

Tum indicta est sessio tertia.

His ita absolutis, Illustrissimus Archiepiscopus surgens certas preces recitauit, ac Synodo benedixit sine concessione Indulgentiarum.

Promotores absentium contumaciam iterum accusarunt, & de more pro rogatu omnium & singulorum in praesenti sessione actorum institerunt.

Et antequam hæc sessio dimitteretur, R.D. Archidiaconus iusu Illustriss. Archiepiscopi de more indixit orationem métalem tribus capitibus partitam pro cleri disciplina excitanda, & diuino auxilio implorando. Capita sunt hæc quæ sequuntur, & in qua meditatione clerus per semihoram & amplius perstitit.

Oratio mentalis.

Die secunda Dioecesanæ xj.

I. Fratres carissimi: Obscremus Deum omnipotentem, ut Regi Catholico Philippo Duci nostro, prosperum felicemque rerum successum dignanter diuina benedictione concedat: ut cui multarum g̃tium gubernacula dedit, eidem cœlestia arma tribuat, quibus protectus, aduersariorum nefarios conatus constringat.

Pars III.

II. Fratres carissimi: toto cordis affectu orate pro filio Regis, ut diuinæ gratiae munere, regiis virtutum ornamenti omnium excultus, in dies percipiat incrementa, diuque in columnis sua regna iure augustissime tueatur in perpetuum.

III. Fratres carissimi: toto cordis affectu orate, ut haereticorum feritate compressa, Flandriæ status, diuino munere, pacis, & fidei catholicæ integritate semper exultet.

Sessio Tertia.

In nomine Domini, Anno, & mense, ut supra, die verò Sabbati 15. eiusdem mensis sessio tercia celebrata est. statim Canonicis horis in Metropolitana cantatis, hebdomadarius Can. Missarum solennia celebrauit. Misla peracta Illustrissimus Archiepiscopus pluviale & pretiosam Mitram induit, ac in sessionalem locum descendit: tumque ex libro Pontificali oratio de Spiritu sancto, Adsumus, recitata, ac Litanie more Ambrosiano decantata sunt ab uniuerso Clero. His peroratis Illustrissimus D. Archiepiscopus suggestum ascendit, vbi sermonem per horam habuit.

Sermone absoluto, & omnibus in sessione confidentibus, indicte prius silentio, Illustriss. Dom. hac verborum præfatione constitutionem Gregorii Papæ Decimi tertii, de Iudicibus delegatis, & conseruatoribus nuper editam de suggestione promulgari voluit.

Decretum seu præfatio.

VIT Iudices in Synodo hac dioecesana deputati pro causis commissariis, & conseruatores Regularium, que de iis constituta sunt, & sedis Apostolicae auctoritate, & robore communia exequuntur, literas Pontificias Gregorii Papæ Decimi tertii in hoc dioecesano conuentu publicè legendas decernimus.

Dum autem constitutio prædicta ex suggestu promulgabatur, M.R.D. Archiepresbyter luminibus accensis capsula argenteam, in qua Sanctorum reliquiae affuerant, ex Sacristia ad Illustrissimum Archiepiscopum attulit, & super

M 3 men-

mensam ibi propè decenter collocatam reposuit, ut ad præscriptum examinato-ribus, Testibus Synodalibus, ac punctato-ribus super sacris illis reliquiis iuri-standum deferret. & vocati fuerunt ex-aminatores, punctatores, ac testes Synoda-les ad iuriurandum præstandum his verbis.

Decretum de iuriurando.

Examinatores, punctatores, ac testes Synodales in præcedenti sessione promulgati, accedant ad Illustrissimum Archiepiscopum, cui ex præscripta for-mula iuriurandum præstent.

Vos vero testes Synodales, iurate, si deliter vereis ad nos, aut ad Vicarium nostrum generalem, aut ad visitatores nostros vos interrogantes relatuos, omni remoto affectu & cupiditate, de his, quæ ad honorem Dei pertinet, ac refor-matione indigent, quæ vos indagatione atq; inquisitione adhibita, vel uideritis, vel audieritis in regione uobis, uestra & q; charitati, & perscrutacioni commissa.

Tum singuli ordine terni aut quater-ni accedebant, & ex præscripta for-mula super sacris illis reliquiis, quas ipse Illustriss. Domin. suis manibus tenebat, iuriurandum præstabant.

Formula iuriurandi ab examinato-ribus præstanti.

Ego N. examinatoris officium quod suscepisti, promitto, spondeo, ac iuro, me fideliter, & sincere, quantum in me est, executurum. sic me Deus adiuuet, & haec Sanctorum reliquiae.

Formula iuramenti punctatorum.

Ego N. promitto, & iuro, me in offi-cio meo punctatoris obeundo fidem ac diligentiam præstitorum, ad præscri-putum constitutionum provincialium Mediolanensem, & Tabellæ mihi à Reuerendissimo Archiepiscopo traditæ, vel pro tempore tradenda. sic me Deus adiuuet, & haec sanctorum reliquiae.

Formula iuriurandi testiū Synoda-rium habetur in Concil. prouin. 4 p. 179.

Et quoniam ex his, qui constituti sunt testes Synodales, examinatores, & pun-

ctatores, quidam hoc tempore non for-terfuerint, nec vero iuriurandum ex for-mula præscripta præstare poterant, Il-lustrissimus Archiepiscopus censuit hu-ijsmodi iuriurandum multum Reueren-do Domino Vicario Generali præstan-dum esse, hoc promulgato decreto.

Decretum de præstanto iureiurando ab absentibus examinatoribus, pu-nctatoribus, & Testibus.

Qui examinatores, testes synodales, que punctatores per nos nominati, & deputati sunt, si qui in synodo ex præscri-pto iuriurandum non præstiterunt, Vica-rio nostro Generali illud præstent.

Deo bene iuuante absolutis omnibus, quæ in hac xj. Synodo agenda erant, ut extremam manum Illustriss. Archiepi-scopos apponeret, ad præscriptum Con-cilij provinciali. 5. monitiones ex eodem Concilio de suggestu legi mandauit.

Premissa ea prefatione, quæ supra ha-betur in Synodo dccc. 7. decr. 8. pag. 77.

Deinde Promotores institerunt pro-eulgandis decretis & aliis.

Illustriss. ac Reuerendiss. in Christo Pater, & Domine.

Quod diligentior & cumulatior ex-e-cutio sit, & Conciliorum tam pro-vincialium, quam diocesanorum, & instructionum ab Illustriss. amplitudine vestra editarum, & editorum item Archiepiscopalium, & aliarum consti-tutionum ad huius Ecclesie sibi com-missæ bene gerendæ rationem conscrip-tarum & promulgatarum.

Nos N. & N. huius Synodi diocesa-na xj. promotores, ab Illustriss. ac Reuerendiss. amplitudine vestra petimus, atque instamus, monita executionis eorum decretorum & aliarum sanctiōnum Archiepiscopalium è suggestu, ut moris est, per Cancelleriū promulgari, & omnia alia edici, & enunciari, quæcunque in hac Synodo diocesana xj. pro pru-dentia & charitate sua clero diocesano præsentī edici & promulgari cōstituit. Quo idem clerus instructior in dies fiat,